TYPUS THEOLOGIÆ ACROAMATICÆ.

Theologia Acroamatica eſt
- *Generalis de,*
  - *Fine cap.1.*
  - *Subjecto cap. 2.*
  - *Medijs; quæ ſunt ratione*
    - *Rhetoricæ Eccleſiaſticæ ſeu concionum. cap.3.*
    - *Politiæ Eccleſiaſticæ. ca.4.*
- *Specialis. cap. 5.*

PERORATIO THEOLOGIÆ ACROAMATICÆ.

ATQUE *hæc etiam eſt Theologia Acroamatica de officio auditorum alicujus Eccleſiæ, tum erga conciones, tum erga politiam Sacram. Officium iſtud præcipue continetur concordia magiſtratus & miniſterij, itemque miniſterij & auditorum. Hæc ſi adſit, horologium Eccleſiæ reuera erit automatum, h.e. ſingulæ rotæ perpetuo & concinno motu ferentur ad fines ſuos, indicando horam gratiæ & ſonando laudes Dei noſtri, qui nobis faciat hanc gratiam, vt hic in Eccleſia militante libenter & frequenter audiamus miniſtros & legatos, quos ad nos mittit, donec aliquando in Eccleſia triumphante audiamus principem paſtorum Jeſum Chriſtum, fundentem verba vitæ glorioſæ. Huic Seruatorri noſtro vna cum Patre & Spiritu ſancto ſit laus, honor & gloria in omnes ſeculorum ſempiternitates, Amen.*

PERO-